

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

Harless, Adolf Gottlieb Christoph

Baruthi, MDCCXCII.

VD18 13527622

Ex Theocrito.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

EX THEOCRITO *)

THEOCRITI **) IDYLL. XI.

*) De *Theocrito*, poetarum bucolicorum principe, egerunt, praeter Fabricium atque Hambergerum, *Barnefius*, in vita bucolici, tom. I. ed. Warton, auctor biographiae classicae, a Murfinna in sermonem germanicum conuersae, Halae Saxon. tom. 1. 1767. 8. pag. 153. et Comes illustriss. *de Finkenstien* in *Arethusa*, oder die bukolischen Dichter des Alterthums, part. 1. Berol. 1789. 4. pag. 57. sqq. qui etiam de carmine bucolico intelligenter differuit pag. 1. sqq. Editiones recensui in Introductione in histor. L. Gr. et in editione Theocriti Lipsiae 1780. mai. 8. in praemissa commentat. de Dorismo Theocriteo, pag. XX. sqq. De versibus, qui bucolici numerandi sunt, nec non de multis locis Theocriteis scite acuteque iudicat *Valckenaer* in epistola ad Roeverum praemissa nouae editioni: *Virgilius collatione scriptorum graec. illustratus cura Fulvii Vrsini*, Leouard. 1747. 8. p. XV. sqq. — In superiore huius Anthologiae editione maxime sequutus eram recensioem Theocriteorum a *I. Iac. Reiskio* factam, Viennae et Lipsiae 1766. 4. et contuleram editiones, vtramque *Stephani*, tum maiorem in Poetis gr. principibus carminis heroici fol. 1566. pag. 183. sqq. tum minorem: *Theocriti aliorumque poetarum Idyllia* etc. gr. et lat. 1579. 12. *Thomae Warton*, Oxon. 1770. II. voll. 4. et *Theocriti decem Eidyllia quae graece cum notis edidit, eiusdemque Adoniaxusas uberioribus adnotationibus instruxit L. C. Valckenaer*. Lugd. Bat. 1773. 8. *Theocriteis* reliquiis locum quoque dedit, casque e sua recensione formulis typographicis describi fecit *Brunch V. C.* in *Analectis veterum poetarum gr.* Argentor. 1772. 8. tom. 1. pag. 263. sqq. — In praesenti, ne de lectionis varietate, quam in mea Theocriti editione collegi et indicaui, perpetuo monerem, retinui contextum a *L. C. Valcken.* in critica illius editione *Theocriti, Bionis et Moschl* carmin. bucolic. gr. et lat. Lugd. Bat. 1779. 8. concinnatum. Germanice verterunt omnia Theocritea *Kütt-*



ner, quaedam cl. Schwabe et illustriss. Com. de Finken-
stein etc.

**) Hoc XI. Idyllion, siue Polyphemi amorem Ovi-
dius (Metamorph. XIII. fab. 8.) *Metastafius* et *Gesner* ita
imitati sunt, vt suos quisque lepores haberet, suas ve-
neres, quas eleganter et erudite inter se comparauit cl.
Io. Ge. Henr. Feder, Professor philosophiae in academia
Gottingensi, familiaritatis amicitiaeque vinculo mecum
iam a multis annis coniunctissimus, in commentatione,
Amor Polyphemi ex Theocrito, Ouidio et Metastasio -
inscripta, Erlangae 1765. quam legisse neminem, credo,
praesertim hoc idyllion interpretaturum, poenitebit.
Hoc quoque Idyllion cl. *Ramler* in *Einleitung in die*
schönen Wissenschaften etc. Part. I. pag. 331. laudat
pulcreque illustrat. *Vauassor* de ludicra dictione pag. 110.
ed. *Kappi* hoc nostrum et sextum Idyllion pro vno ha-
buit, repugnante vero *Dan. Heinsio* in lectt. Theocriteis
pag. 293. Idem tamen *Vauassor* nostri idyllii particulas
quasdam loc. mem. pag. 125. eleganter exponit. Quae
(*Herder*) Ueber die neuere deutsche Litteratur, 2te
Sammlung, de idylliis Theocriti aliorumque obseruauit,
vt ea doctores adolescentulorum legant et sub examen
vocat, valde opto. adde *Scaligeri* Poetic. libr. V. pag.
632. sq. atque *Tollii* comparationem Theocriti et Virgi-
lii, in *Berkelii* diff. critic. Lugd. B. 1707. in 8. pag. 377.
sqq. Poeta, postquam de remedio amoris pauca praece-
perat, Polyphemi amorem erga Galateam viuus et lucidis
ingenioque Cyclopis congruentibus coloribus describit,
tum illum iuxta maris litus sedentem, suum amorem sim-
plici ratione declarantem, sua bona suamque felicitatem
praedicantem et Galatęae amorem implorantem ita indu-
cit, vt ipsum agentem loquentemque quasi videre atque
audire videamur, eiusque simplicitate ipsi delectemur,
(qua quidem dramatica ratione bucolicus praestat Ovi-
dium, Metam. XIII. v. 745. sqq. cum nostro ita, vt vtrius-
que consilium et ratio expendatur, riteque diiudicetur,
comparandum, apud quem Galatea Cyclopis amorem tan-
tum, sed suauiter, interdum luxuriose, enarrat). Deni-
que ad se redit Polyphemus et se lepidio more solatur.

Οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει Φάρμακον ἄλλο, 1
 Νικία, ἔτ' ἐγχεῖσιν, (ἐμὴν δοκεῖ) ἔτ' ἐπίπα-
 ςον,

Ἡ τὰ Πιερίδες· κῆφον δέ τι τῆτο καὶ αἰδὺ 2
 Γίγνεται ἐπ' ἀνθρώποις· εὐρῆν δ' εἰς ῥαδίον ἐντί.
 Γινώσκειν δ' οἶμαι τὸ καλῶς, ἱατρὸν ἔόντα, 5
 Καὶ ταῖς ἐννέα δὴ πεφιλαμένον ἔξοχα μοῖσαις.
 Οὕτω γοῦν ῥαῖσα διὰ γ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' αἰμῶν,
 Ὡς ῥαῖος Πολύφαμος, ὃς κ' ἤρατο τὰς Γαλατείας,
 Ἀρτιγενειάσδων περὶ τὸ σόμα τὼς κροτάφους τε.
 Ἡρατο δ' ἔτι ῥόδοις, εἰ μάλοις, εἰ δὲ κικίννοις. 10

Ἀλλ'

v. 2. ἐπίπασον. Schol. ad h. l. commemorat haec:
 ἰεὶον, ὅτι τῶν φαρμάκων τὰ μὲν εἰσι χρεῖα, ἤγαν, ὥστε χρε-
 ῖμα εἰς θεραπεῖαν· τὰ δὲ ποτὰ, ἤγαν, ὥστε πίνομεν· τὰ
 δὲ ἐπίπασα, ἤγαν, ὥστε ἐπιπᾶττομεν. adde Schol. ad Ari-
 stoph. Plut. 717. Theocritum videtur imitatus Bion. in
 fragment III. vbi conf. interpr. Longus II. past. p. 37.
 et Horat. IV, 11. minuuntur atrae carmine curae.

v. 4. δὲ verte sed, v. Bulaei comment. ling. Gr. p. 924.

v. 10. Ἡρατο Schol. εἰς ἡρώτα ἐκινήθη· ἡρώσθη ἐκ ἡλα-
 φούς, ὥστε μῆλα δίδοναι, ἢ ῥόδα, ἢ ἕτερόν τι εἰς τὸ καλ-
 λωπίζειν. κικίννοις, crinibus intortis crispatisque. adde a
 Valk. et a me in ed. Theocr. notata. De multiplici
 usu comarum in fasciculos confectarum, quae mitteren-
 tur alio, egit Reiske in disputatiuncula germanica, quae
 inserta est Hamburgischen Magazine vol. XVII. pag. 592.
 sq. conf. etiam Polluc. IX. sect. 81. ibique Hemsterh. qui,
 postquam fuse egit de hoc vocabulo, tandem, fuere, in-
 quit, cincinnati tortuosis turbinatisque flexibus dependuli
 in humeros capilli. Sensus Theocriti est: Polyphemus
 tanto exardescibat amore Galateae, ut, non more ama-
 torum ei rosas, aut poma, aut fasciculos comae suae
 mitteret, sed ut etiam fureret. Depingere se hic profi-
 tetur Theocritus, novum quoddam genus amoris, fe-
 rini scil. et horridi. de ῥόδ. confer Moll. ad Longi Pastor.
 pag. 85. (pag. 352. ed. Boden.)

Ἄλλ' ὅλοαῖς μανίαις. ἀγείτο δὲ πάντα πά-
ργα.

Πολλὰκι ταῖ ὄϊες ποτὶ τ' αὐλίον αὐτὰ ἀπῆνθον
Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας· ὁ δὲ, τὰν Γαλάτειαν
αἰδῶν,

Αὐτῷ ἐπ' αἶονος κατετάκετο Φυκιοέσσας
15 Ἐξ αἶσς, ἔχθισον ἔχων ὑποκάρδιον ἔλκος,
Κύπριος ἐκ μεγάλας, ἃ οἱ ἦπατι πᾶξε βέ-
λεμνον.

Ἄλλ' αὖ τὸ Φάρμακον εὖρε· καθεζόμενος δ' ἐπὶ
πέτρας

Τψηλᾶς, ἐς πόντον ὀρῶν, αἶειδε τοιαῦτα.

ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τὶ τὸν Φιλέοντ' ἀπο-
βάλλῃ;

Λευ.

v. 12. αὐτὰν h. e. solae, vt Scholiaſt. explicat, vel nullo custode, vt Virgilius loquitur; nullo ducente, vt Naſo reddidit. Etiam ſua ſponte verterem. vid. Steph. in obſſ. in min. edit. pag. 14. Erneſti ad Hom. Odyſſ. XVI. 294. et Schrader. ad Muſaeum pag. 332. Imitatus eſt Virgil. Ecl. III, 21. vbi vide cl. Heyne, et Vriſini Virgil. coll. p. 41.

v. 13. χλωρᾶς vide indicem. Tibull. III. 1. 28. Auſer- vet extincto pallida Ditis aqua, vbi vide Brouckh. et cl. Heyne.

v. 14. αὐτῷ. dor. pro αὐτῇ, ibi, vide Gregor. Corinth. pag. 261. ad §. 155. Tourpius in Addendis pag. 396. ex- plicat in ſolo litore, vt imitatus eſt Virgil. III. Georg. 465.

v. 15. 16. ἔλκος — vulnus, quod ei inflixerat telum a Venere immiſſum. conf. not. ad Bion. I. v. 17. Virgil. Aen. III. Valck. et Br. καθεζόμενος. malint. vid. v. ſq.

v. 19. v. Doruille. van. crit. p. 419. imitatus eſt Vir- gil. II. Ecl. 6. conf. ad Callimach. Spanhem. tom. II. pag. 454.

Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἀπαλωτέρα δ'
ἀρνός, 20

Μόσχω γαυροτέρα, Φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.
Φοιτῆς δ' αὖθ' ἔσως, ὅκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχη με.
Οἶχῃ

v. 20. conf. *Ouid. Metam. XIII. 789.* qui tamen ultra modum lasciuit. ποτιδεῖν Brunck.

v. 21. cf. *Theoc. Id. XX. 26. Idyll. VIII. 83.* Ceterum suauitatem, τὸ πρέπον et proprium poeseos bucolicae notent tirones. Bucolicus adfingit pastori aptam et congruentem orationem, eumque rustice loquentem ac similitudines ab agro pecudeque iisque, quae quotidie versat videtque, ducentem inducit. Confer etiam, quae *Vauassor l. mem. pag. 112. sq.* de hac oratione Theocritea disputat.

ibid. conf. *Theocr. XII. 3. Virg. Ecl. V. 16. Ouid. Met. XIII. 790.* interpretatio vulgaris: *acerbior vua immatura*, ipsa acerba est, et repugnat omni sensui: melior est *Casauboniana, Splendidior.* Commendat enim Cyclops in Galatea sua cutis bene curatae nitorem et gratiam. *Hesych. Φιαρὸν, λαμπρὸν, καθαρὸν*, v. etiam *A. Fabri et T. Graeu. ad fragm. Callimachi. p. 358.* Glossae Laurentianae apud Warton. pag. 227. *Φιαρ. λαμπρότερα, καθαρότερα.* Neque tamen *splendidior* placet Wartonio interpretari, propter τὸ ὠμᾶς, *crudae, immaturae, immitis*, et a maturis vuis cutem nitentem saltem commendasse aptius putat. Quare lectio Calliergi, *σφριγανώτερα* non prorsus aspernanda ipsi videtur. *Hesychius σφριγών - idem σφρίγανον -* Vua recenti, siue immatura, magis vegeta, turgidula, solida. *Nonnus Dionys. libr. 34. pag. 858. v. 32.* Vitium praestantissimarum feracissima fuit insula Cyclopuur, vnde Polyphemus comparisonem ab vuis pulcre ducit. Pariter *Homerus Odys. IX. 110.* in primis vers. 357. de hac insula. Bene quidem monet haec Warton: enimvero homo ferus ferus quoque crudosque amare potest cibos fructusque, atque adeo vuam immaturam, quae sibi videtur splendere, et vero splendet, dum maturescit.

v. 22. *ἔνθ' ἔσως illud ipsum, quod aio, prorsus ita,*



Οἶχῃ δ' εὐθὺς ἰοῖσα, ὅκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῆμε.
 Φεύγεις δ' ὥσπερ οἷς πολὺν λύκον ἀθρήσασα.
 25 Ἡράσθην μὲν ἔγωγα, κόρα, τέσς ἀνίκα πρᾶ-

τόν

Ἦνθες ἐμᾶ σὺν ματρὶ, θέλοισ' ὑακίνθιναν
 φύλλα

Ἐξ ὄρεος δρέψασθαι· ἐγὼ δ' ὁδὸν ἀγεμόνευον.
 Παύσασθαι δ' ἐσιδὼν τυ καὶ ὕσερον εἰδέτι πω
 νῦν

Ἐκ τήνῳ δύναμαι· τὴν δ' εἰ μέλει εἰ μὰ Δί,
 εἰδέν.

30 Γινώσκω, χαρίεσσα κόρα, τίνος ἔνεκα Φεύγεις.
 Οὔνεκα μοι λασία μὲν ὄφρυς ἐπὶ παντὶ με-
 τώπῳ.

Ἐξ ὧτός τέταται ποτὶ θῶτερον ὥς μία μακρά,
 Εἰς δ' ὄφθαλμὸς ἔπеси· πλατεῖα δὲ ῥίς ἐπὶ
 χεῖλει.

Ἀλ.

ut adfirmo. Pulcerrima est petulantia marinae puellae,
 amanti suo ita illudentis, ait Warton.

v. 23. Οἶχῃ — ἰοῖσα, statim vero, quam celerrime aufu-
 git; ἰών, ἐλθὼν cum alio verbo iunctum indicat celerita-
 tem actionis et animi promptitudinem. v. Deruile ad Cha-
 rit. p. 297. Aristoph. Plut. v. 32.

v. 25. Imitatur Virgil. Eclog. VIII. 37. Vulgo: —
 ἔγωγε, Κόρα, τεῦ etc. Koehler, probante Com. de Fin-
 kenstein, suspicatur, Κόρας τεῦ, puellam te iam amare
 coepi.

v. 26. ἐμᾶ. Aurati coniecturam ἐμᾶ tua probant Val-
 ckenaer et Brunek.

v. 27. Apud Homer. Odyss. VII. 30. Minerva Ulyssī,
 Phaeacam ingredientī, ait, ἐγὼ δὲ ὁδὸν ἡγεμονέουσιν. con-
 fer infra Mosch. II. 117.

v. 31. cf. Virg. Ecl. VIII. 32.

v. 33. Schol. ad h. l. τετεσιν, εἰμὶ σιμῶς: cf. Virg. Ecl.

Ἄλλ' αὐτός τοιῦτος ἐὼν, βοτὰ χίλια βόσκω,
 Κῆκ τῆτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενος γάλα
 πίνω. 35

Τυρὸς δ' εἰ λείπει μ' ἔτ' ἐν θέρει, ἔτ' ἐν ὀπώρῃ,
 Οὐ χειμῶνος ἄκρῳ· ταρσοὶ δ' ὑπεραχθεές αἰεὶ.
 Συρίσδεν δ' ὡς ἔτις ἐπίσαμα ὦδε Κυκλώπων,
 Τιν, τὸ φίλον γλυκύμαλον, ἀμᾶ κῆμαντὸν
 αἰείδων,

Πολλάκι νυκτὸς ἄωρί· τρέφω δέ τοι ἔνδεκα νε-
 βρῶς, 40

Πάσας μαννοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας
 ἄρκτων·

Ἄλλ'

II. 19. sq. et cl. Heyne ad hos vers. Post hunc versum Hemsterh. et Valcken. putant, inferendum esse versum, qui nunc numeratur quinquagesimus.

v. 34. Virg. II. ecl. 21. conf. Iac. Tollii animadu. ad Longin. pag. 351. seq.

v. 35. ἀμελγόμενος, *nihil mulgens*. Hanc Aldinam et Florentinam, et codd. Vatican. quam etiam schol. exhibet, lectionem vulgari ἀμελγόμενον, quam Warton quoque habet, praetulit Reiskius et Valckenaer. idque iure: nam prior lectio antiquitati ac simplicitati ultimae aptior est, adeoque magis bucolica. conf. de la Cerda ad Virgil. II. Ecl. 22. Homer. Odyss. VIII. 219. 223. X. 76.

v. 39. γλυκύμ. Quatenam simplicitas et suauitas et amandi cupido in hoc Cyclope! conf. Bion. I. 78. Propria significatio, *dulce pomum*, est infra apud Callim. H. in Cerer. 29. pro ἀμᾶ legatur ὁμᾶ. Hesych. ὁμα, ὁμᾶ. Sed fortasse Dorice hic loci circumflectatur ἀμᾶ. Annon et commune ὁμα dorice pro ὁμᾶ, ait Warton. ἀμᾶ dedit Valcken. malit tamen ὁμᾶ.

v. 40. Theoc. III. 34. Virg. Ecl. II. 41. Glossae Laurentianae ad h. I. ἄωρί, ἄωρία, ἀκαίρως, παρὰ τὸν δέοντα καιρόν. v. Suidam in h. v. et Lucian. tom. I. pag. 291. ibique Hemsterh.

v. 41. μαννοφόρ. torquibus ornatos. sic codd. Vatic.



Ἄλ' ἀφίκευ τὸ ποτ' ἄρμε, καὶ ἐξεῖς ἰδὲν
ἐλασσον.

Τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον
ὄρεχθῆν.

Ἄδιον ἐν τῶντρω παρ' ἐμὴν τὰν νύκτα διαξεῖς
45 Ἐντὶ δάφνα τινεῖ, ἐντὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι,
Ἐντὶ μέλας κισσὸς, ἐντ' ἄμπελος αἰ γλυκύ-
καρπος.

Ἐντὶ

editt. Iunt. Calliurgi et Br. Alii vero, Aldus, Stephan. Warthon. Valcken. quem vide, et codd. Laurent. ἀμφο-
ρως, quam lectionem reiicit Casaubon. ad h. l. in lectt.
Theocr. cap. XIII. et laudat interpretationem Scholiastes,
quī Μάννος, inquit, ἐστὶν περιτραχήλιος κόσμος, τὸ λε-
γόμενον μαννάκιον. v. Polluc. Onom. VI. segm. 99 p. 533.
ibique interpr.

σκύμνος catulos. Breuitati et proprietati multum de-
traxisse videtur Ouid. Metam. XIII. 834. huiusce muneris
quasi saeuitiem molliendo: Inueni geminos — inter se
similes, qui tecum ludere possint Villosae catulos in summis
montibus ursae.

v. 42. Ἀλλὰ verterem age: et desiderium exprimit im-
mensum. v. ind. Ceterum conf. Virg. Ecl. VIII. 39. 43.
vbi vide notam cl. Heyne, et Theocrit. V. 45. Virg. Ecl.
I. 80. ὄρεχθῆν pro ὄρεχθεῖν e codd. Vaticano et Romano
Ottoboni reposuit Valcken. et laudauit Toupium in
Emendat. in Suidam II. p. 178. Glossae Laurent. inter-
pretantur κίνεσθαι. conf. Hom. Iliad. XXIII. 30. Ad
quem locum Eustathius pag. 1285. l. 60. τῶν δὲ, αἰτ,
Ὀμηρικῶν, τὸ μὲν ὄρεχθεον, μίμημά ἐστι τραχέος ἤχου γι-
νομένου ἐν τῷ σφάζεσθαι βῆν. Θεόκριτος δὲ (nostro loco) ἐπὶ
θαλάσσης τὴν λέξιν τίθησι κατ' ὁμοιότητα τῇ (Odyss. ε. 402.)
ῥόχθει δὲ μέγα κῦμα. δῆλον δὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ πατάγῃ καρδίῃς
ἡ λέξις τίθεται, ὡς τὸ κραδίη δὲ οἱ ἔνδον ὄρεχθει, quem lo-
cum excitat Brunck in notis ad Aristoph. Nub. 1368. (al.
1371.) vbi ὄρεχθεῖν Glossae explicant κινηθῆναι πρὸς ὄργην.

Ἐντὶ ψυχρον ὕδωρ, τό μοι αἶ πολυδένδρεος
Αἶτνα

Λευκάς ἐκ χιόνος, ποτὸν ἀμβρόσιον, προΐητι.
Τίς κεν τῶνδε θάλασσαν ἔχειν ἢ κύμαθ' ἔλοι-
το;

Αἶ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼν δοκέω λασιώτερος ἤμεν, 50
Ἐντὶ δρυὸς ξύλα μοι, καὶ ὑπὸ σποδῶ ἀκάμα-
τον πῦρ.

Καιόμενος δ' ὑπὸ τεύς καὶ τὰν ψυχὰν ἀνεχοί-
μαν,

H 2

Καί

v. 47. Scholiast. iam observat, Aetnam ab altera par-
te ignem euomere; ab altera autem esse nemorosam, ἐν
ᾧ μέρει καὶ χιὼν δι' ἔτος τηρεῖται, ἐξ ἧς φησιν ὁ Θεόκριτος,
τῆς χιόνος τηρομένης, ρεῖν τὸ ὕδωρ καὶ μάλα ψυχρόν.

ibid. conf. Hom. de αὐλῇ Polyphemi Odyss. VIII. 183.
186. De fertilitate arborum et monte Aetna multus est
Warton in Addendis et Corrigendis p. 353.

v. 48. Ἀμβρ. Scholiast. Νέκταρ, θεῶν πόμα. ἀμβρόσια
προφῇ θεῶν, ὥς φασιν Ἕλληνες. ἐκ δὲ τῆς ἀμβροσίας καὶ ἀμ-
βρόσιον πόμα, τὸ θεῖον, τρεῖς τὸ γλυκύτατον.

v. 49. τῶνδε, supple ἀντὶ, prae his. Warton compara-
uit Nonnum Dionys. XVI. 30. sqq.

v. 50. Schol. λάσιος, δηλονότι σύνθετος.

ibid. Warton haec ad h. l. scripsit. „Polyphemo no-
stro antrum incolenti, magno solatio fuit, quod ingen-
tem struem ligni querni possederit ad pellendum frigus.
Hoc formae suae damna rependit Cyclops. Sensus est:
Etsi tibi videar hirsutus et squalidus, attamen abundo
multis vitae commoditatibus: Sunt mihi querna ligna, et
in antro perpetuus est ignis. Eodem modo v. 33. sqq.
corporis sui deformitati copias suas et diuitias opponit.
Ita secum ratiocinatur homo ferus et immanis.“

v. 51. Imitatur Homerum Odyss. IX. 219. 223. 233. etc.
Warton quoque laudat Euripidem Cyclop. v. 382. 385.



Καί τὸν ἐν' ὀφθαλμὸν, τῷ μοι γλυκερώτερον
εἶδέν.

Ὡς μοι, ὅτ' ἐκ ἑτεκέν μ' αἰ μάτῃς βράγχι
ἔχοντα,

55 Ὡς κατέδυν ποτὶ τιν, καὶ τὰν χεῖρα τεύς ἐφί-
λασα,

Αἰ μὴ τὸ σῶμα λῆς· ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκά,
Ἡ μάκων' ἀπαλὰν, ἐρυθρὰ πλαταγώνι' εχοί-
σαν.

Ἀλλὰ

v. 53. Valckenaer, pro καὶ ex codd. Florent. reposue-
rat in priore ed. καί, iure per unum oculum, quo nihil
mihi carius, et laudarat Theocrit. Eid. XXIII. 73. Καί
γὰρ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος ἀποιχόμενον πάλας ὕσων. sed in al-
tera ed. codicum fide καὶ retinuit.

v. 53. Formula haec ardentissimum innuit amorem
tam in sacris quam profanis litteris usurpata. Catull. III.
5. quem plus illa suis oculis amabat. Oppian. Hal. I. 703.
τέννα — φάεος γλυκερώτερον καὶ βιότοιο, ad quem locum
Rittershus. permulta collegit exempla. Warton vero
haud inique monet: posse hic adludere Cyclopa ad oculi
sui combustionem, ab Ulyssæ faciendam, quam praedi-
xerat ipsi Telephus, et quam ipse memorat Eid. VI. 22.
vt sensus sit: A te Galatæa pati possem illud, quod mihi
in fatis est; vt etiam mihi comburatur oculus, quem
tanti facio; immo animam quoque a te comburi pate-
rer. „A sui igitur mentione videtur hanc facere trans-
itionem.

v. 56. λῆς. vide indicem. Imitatur Virgil. II. Eclog.
45. E cod. Toletano αἶμα μὴ σῶμα λῆς malit Valckenar.

v. 57. πλαταγώνια. Schol. τὰ τῆς μήκωνος φύλλα φησί,
καὶ τὰ τῆς ἀνεμώνης, ἀπὸ τῆς πλάσσειν, (vel vt Warton in
emendatt. Schol. vult πλατάσσειν e Stephani thes. Gr. III.
col. 356. a.) ὁ ἐστὶ φοφεῖν· τιθέντες γὰρ αὐτὰ κατὰ τὸν ἀν-
τίχειρα καὶ τὸν λεχανὸν δάκτυλον· τύπτει τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ
καὶ ἔτω σημειῶνται, εἰ ἀγαπῶνται ὑπὸ τῶν ἐρωμένων. ὥσπερ
καὶ ἀπὸ τῆς τῆς πλαταγώνος φύφς, εἰ ἀφόφως ἐπικρασεῖται.
conf. Virgil. Ecl. II. 45.

Ἀλλὰ τὰ μὲν Θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χει-
μῶνι.

Ὡς ἔκ' ἂν τοι ταῦτα Φέρειν ἅμα πάντ' ἐδυ-
νάσθην.

Νῦν μὰν, ὦ κόριον, νῦν αὐτόθι νεῖν γε μα-
θεῦμαι, 60

Αἴκα τις σὺν ναὶ πλέων ξένος ὧδ' ἀφίκηται.

Ὡς κεν ἴδω τί ποθ' αἰδὺ κατοικῆν τὸν βυθὸν
ὑμῖν.

Ἐξένθοις, Γαλάτεια, καὶ ἐξενθοῖσα λάθοιο
(Ὡσπερ ἐγὼν νῦν ὧδε καθήμενος) οἴκαδ' ἀπεν-
θεῖν.

Ποιμαίνειν δ' ἐθέλοισ σὺν ἐμὴν ἅμα, καὶ γάλ'
ἀμέλγειν, 65

Καὶ τυρὸν πᾶξαι, τάμισον δριμεῖαν ἐνεῖσα.

Ἀμάτῃς ἀδικεῖ με μόνα, καὶ μέμφομαι αὐτᾶ.
Οὐδὲν πᾶ ποχ' ὅλως ποτὶ τὴν Φίλον εἶπεν ὑπὲρ
μεῦ,

H 3

Καὶ

ibid. Warton laudat, Valcken. probat et Brunck rece-
pit lectionem Vaticanæ noni, — πλαταγῶνι ἔχοισαν ἐρυ-
θρά; et in iis, quæ noster Siculus adiecit de papaueri-
bus rubra crepitacula habentibus, nativam inesse gratiam,
erudite monet Warton; in versu quoque 59. mira inest
naturalis pulcritudo et simplicitas. v. 60. dedit Brunck
ἐν τὴν (pro τοι) — ἐδυνάσθην.

v. 61. ξένος, hospes, nempe, qui me natare doceat.
Nimirum non norant, nec curarunt propter agrorum
suorum fertilitatem, usum navium, et commercium
cum aliis gentibus. *Homier.* Odyss. IX. 125. plura vide
apud Warton.

v. 62. conf. Virgil. Ecl. IX. 38.

v. 64. 65. ἀπενθεῖν, ποιμαίνειν, — ἀμέλγειν scribendum
putat Valekenacr, idemque comparat Virgil. Ecl. II. 28.

Καὶ ταῦτ', ἄμαρ ἐπ' ἄμαρ ὀρεῦσά με λεπτὸν
ἔόντα.

70 Φασὼ τὰν κεφαλὰν καὶ τὴν πόδα ἀμφοτέ-
ρως μεν

σφύσδειν, ὡς ἀνίαθῃ· ἐπεὶ κήγῶν ἀνιῶμαι.
ὦ Κύκλωψ, Κύκλωψ, πᾶ τὰς φρένας ἐκπε-
πότασαι;

Αἴε' ἐνθὼν ταλάρως τε πλέκοις, καὶ θαλῶν
ἀμάσας

ταῖς ἄρνεσσι φέροις, τάχα κεν πολὺ μᾶλλον
ἔχοις νῦν.

75 Τὰν παρκοῖσαν ἀμελγε. τί τὸν φεύγοντα διά-
κεις;

Εὐρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' αἶψαν.

Πολ.

v. 71. σφύσδειν v. indic. *Hesych.* σφίζει, πηδᾶ, φλεγ-
μαίνει, καίεται, ἄλλεται, (ita enim legendum censeo cum
Ruhnkenio pro vitiosa lect. σέλλεται,) ἢ φλέψ, et emen-
datio Ruhnkenii firmatur Glossis Laurent. ad nostrum
Theocriti locum, σφύζειν. σφύτει, ἐπείγει. Ἡ αἱ φλέβις
ἄλλονται, καὶ σφύγμος, φλεγμόνη, πάλμος, ῥέσις, φλέ-
βος, ἢ ἀρτηρίας.

v. 72. conf. *Virg. Ecl. II. 69. 70.* Warton iam lau-
dat in *Addendis Wesseling.* ad *Herodot. III. p. 276. 43.*

v. 73. θαλλὸν, Glossae Laurent. ἦγαν κλάδων ἐλάϊας,
Toup. in *Addendis* ad h. l. 396. quidquid, ait, herba-
rum vel fruticum viret, θαλλὸν vocant Graeci. vide schol.
ad *III. 45.* Hinc elegans loquutio, θαλλὸν προσέειν,
canium pecori ostendere, de quo plena manu viri doctissi-
mi ad *Timaei Lexicon.*

v. 75. παρκοῖσαν, nimirum, capram, siue ouem, est
proverbium, quod in argumento pastoralis summa adhi-
betur proprietate. confer *Callim. Epigr. 33.*

v. 76. *Virg. Ecl. II. 73.*

τὸν Πολλὰ συμπαίσδεν με κόρα τὰν νύκτα κέλον-
ται,

τέ. Κιχλίσδοντι δὲ πᾶσα, ἐπὴν κ' αὐταῖς ὑπα-
κοίσω·

γ. Δηλονότ' ἐν τᾷ γὰ κῆγών τις φαίνομα ἥμεσ.

τέ. Οὕτω τοι Πολύφαμος ἐποίμαινεν τὸν ἔρωτα, 80
Μασίσδων· ῥᾶον δὲ διὰ γ', ἢ χρυσὸν ἔδωκεν.

v. 77. συμπαίσδεν. v. indic. et ad Bion. I. 18.

v. 78. κιχλίσδ. v. indic. et sic plurimi scripti libri
apud Warton, qui in textu tamen dedit vulgatum κιχ-
λίζοντι, et apud Dorville in Obss. Miscell. III. 373.

v. 80. Eleganter Theocriti Polyphemus ἐποίμαινεν τὸν
ἔρωτα Μασίσδων, cantillando fallebat amorem suum: hoc
vñ ποιμαίνειν alibi non facile reperietur; sed Βέκολοι sunt
ποιμένες· et Βεκολεῖν τὴν λύπην legitur apud Suidam in
Voc. Αἰώρε: Βεκόλημα τῆς λύπης in loco scriptoris incer-
ti in Schol. ad Aristoph. Pacem v. 152. qua ratione so-
leant οἱ ἔρασαι — ἐξαπατᾶν τὴν νόσον amorem fallere, tra-
dit Lucian. in Nigrino I. pag. 45. ψυχαγωγίας καὶ ἀπάτας
τῆς πόλεως eleganter iunxit Dion. Chrys. orat. XXXII. pag.
362. A. Valcken. quem etiam vide ad Eurip. Hippolyt.
v. 151. pag. 128. Scholiastes explicat ἐδεράπευεν. Facilior
est aliorum interpunctio ἐποίμαινεν, τὸν ἔρωτα Μασ. ita vt
ἐποιμ. separetur a sequenti voc. τὸν ἔρωτα, atque sic di-
stinxisse et locum bene interpretatus dicitur Gilbertus
Wakefield in filua critica siue in auctores sacros profanos-
que commentario philologico, part. II. 1790. 8. pag. 86.
vñ didici ex censura illius libri in ephem. litter. Lipsiens.
a. 1792. plag. 3. pag. 19.

v. 81. Vltima verba Portus in Lex. Dor. sub μασ. v.
(quem consulat,) ita interpretatur: vitam suavius dege-
bat, quam si aurum amatae puellae dedisset, vt ea po-
tiretur; a qua interpretatione parum abest Reiskius,
practer quod ante εἰ inserit ἢ, et ἢ εἰ inter pronuntian-
dum, vel scandendum in vnam syllabam colliquefcere ait.



Θ Ε Ο Κ Ρ Ι Τ Ο Υ

Συρακείαι, ἢ Ἀδωνιάζουσαι.

Ἐιδύλλιον ιε. *)

Γόργω, Πραξινοῇ, Γράυς, Ξένος,

[Ἴτερος Ξένος, γύνῃ Ἀοῖδος]

*) Festiūm hoc Idylliūm est plane dramaticū siue *μυμητικόν* et, vt ex argumento graeco, a Valckenario publicato, illustrato atque emendato, cognoscitur, *ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι θεωμένων τὰ ἴδμια* petitum et expressum. Scena vero figenda est Alexandriae, atque Syracosiae dorica dialecto vtentes, hic colloquuntur mulieres, valde garrulae, non primi ordinis matronae, quae aulam frequentarint, sed de plebe, quae in Aegyptum, Alexandriam, commigrarant, et hic habitantes maritos quaeque suos, liberos et seruos, ancillas certe habuerant. Hae exierant ad spectaculum pompae, qua Adonis ab Arsinoe, vxore Ptolemaei Philadelphi, gestabatur. In Adoniis autem Alexandrinis sollemne fuit, exornare semidei signum, atque illud sequentis forsan diei summo mane siue a viris gestari, siue a primariis matronis, iisque piis et prae ceteris cultricibus, (saltem hae comitatae fuerint,) ad mare deportari abluendum. Ipso vero sollemnis pompae die, ne aliae mulieres de plebe prorsus essent arcani expertes, summo mane sequentis diei celebrandi, Sicyonia cantrix breue canticum tum a religiosis cultricibus recantandum, iam decantabat, v. 136—144. Theocritus bene vero muliebris linguae intemperantiam, leuitatem et nugacitatem imitando adsequutus est. Gorgo, vt spectaret sollemnitates et Praxinoam ad regis aulam deduceret, ad hanc, in extrema vrbis parte habitantem, venit. Praxinoa varia imperat ante abitum et vtrique de marito suo inepte conqueruntur stolidaeque nugantur. A v. 44—76. Egressae domo, mirantur hominum turbam et Ptolemaeum celebrant variaque habent fata et colloquia ad aulam adpropinquantes, v. 77—99. In aula ipsa tapetia, super quibus iā-

ΓΟΡΓ. Ἐνδοῖ Πραξινοῖα; ΠΡΑΞ. Γοργοῖ Φίλα,
ὥς χρόνῳ; ἐνδοῖ. I

Θαῦμ' ὅτι καὶ νῦν ἦνθες ὄρη δίφρον, Ἐν-
νόα, αὐτᾶ'

Ἐμβαλε καὶ ποτίκρανον. ΓΟΡΓ. Ἐχει κάλ-
λιστα. ΠΡ. Καθίζε.

ΓΟΡΓ. Ὡ τᾶς ἀδαμάτω ψυχᾶς· μόλις ὕμνιν
ἑσώθην,

Πραξινοῖα· ποῖλῶ μὲν ὄχλῳ, ποῖλῶν δὲ τε-
θρίππων· 5

H 5

Παν-

cebat Adonis, huncque ipsum admirantur, et liticulam habent cum hospite quodam. V. 100 — 135. sequitur carmen, quo laudantur Berenices, Arsinoe, Adonis et apparatus lecti. v. 136 — 144. sequitur carmen cantriciis Sicyoniae. V. 145 — 149. Gorgo, de reditu cogitans, cum Praxinoa valedicunt Adonidi. De Sophrone, et illiusque imitatione Theocritea nostroque carmine, quod *Toup* tom. II. edit. Wartoni p. 327. sqq. imprimis *Valcken.* in erudito amploque commentario pag. 188. vsque ad fin. in edit. *Theocriti decem eidyllia*, Lugd. Bat. 1773. 8. illustriss. *Comes de Finkenstein* in *Arethusa*, oder die bukolischen Dichter des Alterthums, tom. I. pag. 19 sqq. 29 sqq. et p. 31 sq. et cl. *Alb. Bayer* in *Commentariis* perpetuis in *Theocriti Charites et Syracusias*, Erlangae 1790. 8. pag. 68 — 143. copiose docteque disputarunt, et ego in mea *Theocriti* editione potiora adtigi, paucas adnotationes hic adspargam, et interpretes ad illos libros ablegabo. In textu autem concinnando sequutus sum *Valckenar.* in edit. *Theocriti, Bionis et Moschi*, Gr. et lat. Lugd. Batau. 1779. 8. De Adonide etc. v. ad Bion. I. Quaedam similes sollempnitates in celebrando ablutioneque idolo, *Isuren*, adhuc reperiuntur apud Malabaros, ita ut ad antiquitatem et convenientiam cultus illius religioni suspicione ducamur: in multis quidem differunt: at hoc in pluribus aliis sacris id euenire scimus. Plura v. de illo apud Malabaros festo in *Neuen Hannöverschen Magazin*, a. 1791. nr. 72. p. 1137. sqq.



Παντᾶ κρηπίδες, παντᾶ χλαμυδηφόροι
ἄνδρες.

Ἄ δ' ὁδὸς ἄτρυτος· τὸ δ' ἑκαστέρῳ ἐμὶ
ἀποικεῖς.

ΠΡ. Ταῦθ' ὁ πάραρος τήνος ἐπ' ἔσχατα γὰρ
ἔλαβ' ἐνθῶν,

Ἴλεόν, ἐκ οἴκησιν· ὅπως μὴ γείτονες ὦμες
10 Ἀλλάλαις, πότ' ἔριν φθονερὸν κακὸν αἰὲν
ὅμοιος.

ΓΟΡ. Μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα, φίλα, Δεί-
νωνα τοιαῦτα,

Τῷ μικρῷ παρεόντος· ὄρη, γύναξ, ὡς πο-
θορῇ τὸ.

ΠΡ. Θάρσει, Ζωπυρίων, γλυκερὸν τέκος· ἔ-
λέγω ἀπφῶν.

ΓΟΡ.

7. ἄτρυτος. schol. πολλή, et Hesych. ἄτρυτον. ἀπρονον, ἀκο-
πον, ἀπληγον, siue vt Tourp. in Emendatt. in Suidam et He-
sych. tom. III. pag. 348. ed. Oxon. 1790. 8. scribendum
censet, ἀπλητον f. ἀπλετον. Est igitur *via longa et molesta*,
quae euntem defatigat. — Pro ἑκαστέρῳ, (quia sit vo-
cab. incognitum et barbarum), ἐμὶ Valck. coniecit, et
Brunek. rescripsit ἑκαστέρῳ ἄμμιν, atque Hesych. ἑκαστέρῳ,
πορρώτέρῳ.

8. 9. Sens. *Hanc aediculam*, (proprie serpentis lati-
bulum, f. volatabrum, cubile, in quod spiris se contra-
ctis et conuolutis abdebant serpentes, quod proprie de-
notat τὸ ἱλεόν), a tuis aedibus remotum non hominis ha-
bitaculum iste demens, fatuus (ὁ πάραρος) emit vel conduxit,
quum huc mecum in extremum orbis terrarum (vel potius
urbis Alexandriae extremam partem,) venisset. vide im-
pudentiam et intemperantiam mulieris dicacis, quae ta-
men v. 17. maritum nominat hominem trium et decem
cubitorum!

10. ποτ' ἔριν scil. βαίνει, semper mecum rixatur.

13. ἀπφῶς dorice, pater. v. Gregor. Corinth. de dia-

ΓΟΡ. Αἰσθάνεται τὸ βρέφος, καὶ τὰν πότ-
νιαν· καλὸς ἀπφῦς.

ΠΡ. Ἀπφῦς μὰν τήνος πρῶαν, (λέγομες δὲ
πρῶαν θῆν 15

Πάντα,) νίτρον καὶ Φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγο-
ράσδων,

Ἦνθε φέρων ἄλας ἄμμιν, ἀνὴρ τρισκαι-
δεκάπαχυς.

ΓΟΡ. Χῶμος ταῦτά γ' ἔχει, φθόρος ἀργυ-
ρίω, Διοκλείδας·

Ἑπτὰ δραχμῶν, κυνάδας, γραῖαν ἀποτίλ-
ματα πηγᾶν.

Πέντε

lectis pag. 148. ed. Koen. vbi et seqq. paginis complura ex hoc Theocriti idyllio tractantur a Grammatico, et a Koenio eum grammaticae tum criticae explicantur: quod breuitatis causa hic semel adnotabo.

14. τὰν Πότνιαν h. e. Proserpinam, per quam et per Cererem iurare solebant mulieres.

18. φθόρος grauiter pro φθορὸς, pecuniam perdit, neque scit ea recte vti, n. ex sententia superbae stolidaeque mulierculae, quae ornatum muliebrem in dici pom-
pam postularit.

19. Valcken. malit ἑπταδράχμω, (ab ἑπτάδραχμον) κυνάδας — πέντε πόκωτ' ἔλ. ἔχθες, pro nummo, cuius va-
lorem drachmae septem aequarent quisquilias, quales cani-
bus proiciebant, siue tantum digna vellera, quibus mox abiiciendis, manus abstergerent, quinque vellera, ouibus vetulis mutilisque vi auulsa, atque adeo lacerata, meras sordes, veluti abiiciendas, emit. Nam λαμβάνειν signifi-
cat h. l. emere. — Pro πηγᾶν maluit Toup et reposuit Brunck πυγᾶν, — et Toup. in nota ad emendat. in Suid. et Hes. vol. II. pag. 340. omnino legendum censuit πυγῶν.



20 Πέντε πό'ως ἔλαβ' ἐχθρὸς, ἅπαν' ῥύπον,
ἔργον ἐπ' ἔργῳ.

21 Ἀλλ' ἴθι, τῷμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα
λαζεῦ.

Βᾶμες τῷ βασιλῆος ἐς ἀφνειῷ Πτολεμαίῳ,
Θασόμενα τὸν Ἀδωνιν· ἀκῶ χρῆμα κα-
λόν τι

Κοσμήν τὰν βασιλίσσαν. ΠΡ. Ἐν ὀλβίῳ ὀλ-
βια πάντα.

25 Ὡν εἶδες, χ' ὣν εἶπας, ἰδοῖσα τὸ τῷ μὴ
ιδόντι.

ΓΟΡ. Ἐρπείν ὥρα κ' εἴη· ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά.

ΠΡ. Εὐνόα, αἶρε τὸ νᾶμα, καὶ ἐς μέσον, αἰνό-
θρυπτε,

Θὲς πάλιν· αἱ γαλέαι μαλακῶς χρῆσθοντι
καθεύδεν·

Κινεῦ δὴ, φέρε θάσσον ὕδωρ· ὕδατος πρότε-
ρον δεῖ.

30 Ἀδ' ὡς νᾶμα φέρει· δὸς ὅμως· μὴ πελὺ,
ἄπλησε,

Ἐγχει ὕδωρ· δύσανε, τί μεν τὸ χιτῶνιον
ἄρδεις;

Παῦ-

24. ἐν ὀλβίῳ, (dor. pro ὀλβίῳ,) in opulenti scil. aedibus.

26. ἔρπειν (alii ἔρπην) ὥρα abundi tempus fuerit. de vi
voc. ἔρπειν praeter Valcken. et Warton. v. Ernesti ad
Call. H. in lauacr. Pall. v. 3.

27. αἶρε τὸ νᾶμα, adfer aquam. Sed Koen ad Gregor.
Cor. pag. 149. interpretatur, flamen e medio remoue, ne
scil. secundum versum seq. feles lanae molli incubent:
sed versus 30. sq. obstare mihi videntur isti expositioni:
